

asp

11

no  
7/14



VI<sup>ta</sup> 21

IngenVI RestaVratorIs VerItatIs,  
DoCtorIs MartInI LVtherI,  
IsLeblensIs

---

artIbVs eXpoLItro

M. IohannI AnDreae LVthero,  
FreIbergensI Con-R.,  
restItVItVr.

---

eXIgVaqVe CVra

M. Iohannis LeVChterI,  
natIone VratIsLaVIensIs sILesII,  
offICIoqVe PraeConIs Verbi SaCrI  
In SaXonia,  
renoVatVr.

---

---

TORGAVIAE, 1238

LITTERIS PETERSELLIANIS.

Vlt  
Ingen VI Refa Vtarols Veltols  
Doc tols Martin LVtheri  
Ial. oblenls

aliba X pollio  
M. Johann Andreas LVthero  
Richtbergens Con. R.  
1611 Vlt

EXIG Vao Ve Cva  
M. Johanna Le VC hreit  
nalone Valtals Vlentls all. ell.  
ofl. Glop Ve Rttconals Veldl Sact  
In Saxons  
1611 Vlt

TORRAL M.  
Vlt. Vlt. Vlt. Vlt. Vlt.



M. Johanni Andreae Luthero,

S. P. D.

M. Johannes Leuchterus.

**P**aucas ante hebdomadas, Clarissime Doctissimeque Domine  
Magister, Amice, inter paucos Colende, charum nomen  
Tuum in meas manus peruenit praeter spem & expectatio-  
nem, & non multum ante, labor quidam Poëtico-Chronologicus,  
quo *JOHANNES STOLSIVS* a) bene de B. Luthero meritus  
est. Hunc laborem ego horis subcisuis examinaui, uitiosum cor-  
rexi, mancum suppleui, & quia ob temporis diurnitatem &  
blattarum arrosionem, ruinae proximus uidebatur, descripsi. Et,  
cum, chronologica scripta numeros habere ornamenti loco, ne-  
mini non constet, numeros curauim exprimendos, & scriptum ni-

A 2

tore

---

a) Primo statim post obitum Lutheri anno, Stolsius noster, Vitembergen-  
sis, disticha sua *M. WOLFG. STEINIO* dono dedit.

tore quasi suo ornaui. Recusum quidem hoc scriptum prodiit cum Philippi Melanchthonis historica commentatione, de uita & actis Reuerendissimi Viri, D. Martini Lutheri, Vittembergae 1700, 4, sed, admodum mutilatum & mendose, ita, ut non tam ab interitu conseruatum, quam eidem traditum prorsus, uideatur. Quare nemo mihi uitio uertet, quod de noua editione, ornatus proditura, fui sollicitus. Videbatur enim mihi, hominis συγγράμῳ B. Lutheri, auditoris discipulique, b) immo, etiam magni admiratoris eiusdem B. Lutheri, qualis fuit *STOLSIVS*, studium factorum Lutheri memoriam conseruandi, citra iniuriam, non posse interire. Ne uero, qui gauderet mecum de restitutione uitae actorumque B. Lutheri, licet compendiosa, deesset, in animum induxi, *TECVM*, Amice, olim hodieque singularis, haec communicare, spe fretus, *TIBI*, Luthero, magni Lutheri memoriam non posse non esse gratam atque acceptam. Quodsi, sed, uelim *TIBI* persuadeas, extare in *TE* meum studium, inde diuinaueris, ueram suscepti a me laboris affectus et causam, indeque certo fiet, ut non tantum sit eadem subsequenti tempore nostra amicitia, sed, maior etiam atque confirmata. Valebis igitur, meque, ut ab annis Academicis fecisti, amabis. Datae ex Museo meo in urbe Dommicensi die Festo S. Johannis.

b) Refutauit Propositiones *JOH. PFEFFINGERI*, de libero arbitrio, ediditque 1558, 4.

<sup>2o</sup>  
*Annus natiuitatis, 1483.*

NatVs es IsLebII, DIVIne Propheta, LVthere,  
RELLIgo fVLget, te DVCE, Papa IaCet.

<sup>2o</sup>  
*Annus, quo primum Magdeburgi literis dedit operam, 1497.*

MoX PVer Aonlo nVtrII a) CepIt In antro,  
HIC Vbl VhgIneos ClrCVIt ALbIs agros.

a) Editio Erford. *nutrici* habet. Falso.

<sup>3o</sup>  
*Annus, quo Ifenaci studuit, 1498.*

REctIVs In ftVDIIs IfenACI pergIt honestIs,  
EXCIvs InsignI DeXterItate sChoLae.

<sup>4o</sup>  
*Annus, quo Erfurtum se contulit, 1501.*

TransIt In ErfVito VIVas HeLIconIs ad VnDas,  
Vt noVa LeVCorea sVrgat b) In Vrbe sChoLa.

b) Edit. Erford. habet, *furgit*. Male.

<sup>5o</sup>  
*Annus Magisterii, 1505.*

ErfVrtI, IVVenIs, thVLos CapIt Vrbe MagIstrI,  
LVtra senIs sVbII c) qVatVor aCta CoLens.

c) Edit. Erford. habet, *suae aetatis*. Sed, mutat annum.

A 3

6.

Duae Editiones horum versuum ad manus mihi fuerunt, altera Erfordien-  
sis, uetustior magisque perfecta, in 8, altera Virembergensis in 4 recentior,  
quippe quae 1700 Philippi Melancthonis historicae, de Vita & Actis Reueren-  
tissimi Viri, D. Martini Lutheri, commentationi est annexa. Quid in quatuor  
harum abundet, aut desideretur, ex sequentibus patebit. Numeri sequentur  
Editionem Erfordiensem.

Num. 1. Edit. Vir. legit *Religio* pro *Relligio*. Duplici peccato, uno in Poësin,  
altero in Chronologiam.

Num. 2. 3. 4. in Edit. Virem. omissi sunt.

Num. 5. Edit. Vir. annus Magisterii ponitur 1503, & chronodistichon exhibet an-

*Annus Monachatus, 1506.*

Vana sVperstitio CorpVs IUVenile CVCVLLo  
FIngt, d) ID ante tIbi fraVDI, age, Papa fVIr.

d) *ornat* Edit. Erford. habet. Verum, numerus annorum fallit.

*Annus, quo Vitebergam uenit, 1508.*

MItItVr ALblorIn, ChrIsto aVXILiante, LVtherVs  
QVantVs erat Vates? gLorla qVanta sChoLae?

*Annus Doctoratus & quo Romae fuit, 1512.*

staVpItII est IVnV tItVLos DoCtorIs aDeptVs,  
Vt trVCIIs ItaLICI VenIt ab Vrbe LVpl.

*Annus restauratae Religionis, 1517.*

ReLLIglonIs opVs Coeno eXtrabIs, aVspICE ChrIsto,  
VeraX o, DeXtro, nIXe LVthere, Dco.

*Annus confessionis coram Cajetano Augustae, 1518.*

AVgVsta ChrIstVM profItetVr In Vrbe LVtherVs,  
Non CVrans VVLtVs, PraefVL aCerbe, tVos.

11.

num 2003. Contra Erford. habet uerum annum 1505 in inscriptione, chronodistichon uero continet 1503. Utraque admodum mendose.

Num. 6. Edit. Vit. annum Monachatus facit 1504. sed, Chronodistichon annum habet 2504. Edit. Erford. recte ponit annum 1506, sed, in chronodistichon annus 1504 tantum continetur.

Num. 7. Edit. Erford. legit *Albior in*, diuissim, male, rectius Vitembergensis.

Num. 8. Edit. Vit. annum 1511 annum promotionis in Doctorem sistit, uerum, ex chronodistichon apparet annus 1510, cum uerus fuerit annus 1512. Ergo Edit. Erford. rectius legit *Italici* pro *Italiae*.

Num. 9. Editio Vit. nihil differt ab Erfordiensis, nisi, quod prior in inscriptione *Relligionis* pro Religionis, praeter necessitatem, habet.

Num. 10. Editor Edit. Vit. lectorem sine dubio ad opera Lutheri remittere uoluit, addens, *quae extat Tomo I, p. 207.* Verum, quia opera nominatum non expressit, legatur T. I OO. Alt, f. 132. sqq.



11.

*Annus & Mensis Disputationis Lipsicae, 1519.*

ECCIVs est IVRI VICtVs VIctVte LVtherI,  
DispVtat Vt IVLII, LIpsIa In Vrbe, Die.

12.

*Annus incendii Juris Canonici, 1520.*

IgnIbVs InfestIs DeCreta papIstICa toLLens,  
PontIfICI qVae sIt poena parata, DóCet.

13.

*Annus Confessionis in Comitibus Wormariensibus, 1521.*

CaesarIs ante peDes, ProCeres stetit ante potentes,  
ACCoLa qVa rhenI Vanglo LIteVs aDI.

14.

*Annus Pathmi, 1522.*

A rhenO Is e) properans CapItVr, bene ConfCla  
PathMI

TeCta, Papae fVglens retIa strVcta, petIt.

e) Absque Pronomine non esset annus 1522, sed, 21.

15.

*Annus reditus ex Pathmo, 1523.*

CarLIstaDII ob fVrlas aD saXonICa f) astra reCVrIt,  
FaVCIBVs eX facVIS rVrI Vs oVesqVe rapIt.

f) Edit. Erford. habet *Saxona tecta*. Sic unus annus deesset.

16.

Num. 11. Edit. Vit. mutavit titulum, omitendo *& Mensis*.

Num. 12. in Edit. Vit. prorsus deest.

Num. 13. Edit. Vit. pro *qua* legit *quae* in Pentametro.

Num. 14. Edit. Vit. annum Pathmi 1522 posuit, chronodistichon vero huc per-  
tinens est plane omisum. Contra vero, quod additum est, continet qui-  
dem annum 1522, at, loquitur, non de anno ingressus Pathmi, sed, egres-  
sus ex Pathmo. In Edit. Erford. debuit Pronomen *It* interseri, ut annus  
verus inde resuleret.

Num. 15. in Edit. Vit. occupatus est.

16.

*Annus Matrimonii & Seditionis rusticae, 1525.*

seDitIo AgrICoLae ferro est resInCta potentI,  
FoEDera ConIVgII Casta LVtherVs InIt.

17.

*Annus Conuentus Marpurgici, 1529.*

MarpVrgI, Coënae Christi ferIt aCrIter hostes,  
stabat Vt a faeVIs CInCta Vienna GetIs.

18.

*Annus Comitiorum Augustae, 1530.*

AVgVstae, statIbVs fIDeI ConfessIo CVnGIs  
ProposIta est. Christi gLoria Laeta redIt.

19.

*Annus lethalis morbi Lutheri in Smalcaldia, 1537.*

VICInVs MortI, Christo reparante, resVrgIt  
HIC, Vbi prInCipIbVs paCta steterè pIIs.

20.

*Annus, Mensis, Dies, Hora & Locus, obitus, 1546.*

Nona hIs obfCVro LVX FebrVa ConstItit orV,  
In patrIo Vt MorerIs, CLare LVthere, soLo.

Num. 16. nihil notatu dignum occurrit, nisi in Edit. Vit. exigua in titulo mutatio, Genitium Adiectivi *rusticae* in Genitium Substantiui *rusticorum*.

Num. 17. Edit. Vit. abit ab Erfordiensis, tum qua inscriptionem, legens *Marpurgii* pro *Marpurgici*, tum qua Pentameterum *cuncta* pro *cincta*. Ita conuentus non anno 1529, sed, 1533 habitus nobis persuaderetur. Sed, publica in orbe res gestae, quas textus insinuat, contradicunt.

Num. 18. Edit. Vit. titulum distichi ita expressit, *Annus conuentus Augustani*, quod in Edit. Erford. est, *Annus Comitiorum Augustae*.

Num. 19. in Edit. Vit. prorsus deficit.

Num. 20. Edit. Vit. minus in epigrapha dicit, quam ipsum chronodistichon habet.



*Handwritten text, possibly a title or reference number, mostly illegible due to fading.*

AB: 101940

ULB Halle 3  
002 422 557  



Nr. 16 = Handschrift Sb.

Vb 17

Reha ✓







VI<sup>ta</sup>

21

IngenVI RestaVratorIs VerItatIs,  
**DoCtorIs MartInI LVtherI,**  
IsLebIensIs

---

artIbVs eXpoLItO

**M. IohannI AnDreae LVthero,**  
FreIbergensI Con-R.,  
restItVItVr.

---

eXIgVaqVe CVra

**M. Iohannis LeVChterI,**  
natIone VratisLaVIensIs sILesII,  
offICIoqVe PraeConIs Verbi SaCrI  
In SaXonia,  
renoVatVr.

---

TORGAVIAE, 1738  
LITTERIS PETERSELLIANIS.